



Pa. 27. num. 15.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,

DE

1736, 14
**INVTLIBVS
CLAVSVLIS NOTARIORVM
CONTRACTIBVS ADIECTIS,**

QVAM

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,
PRÆNOBILI, CONSVLTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO VIRO,

DN. D. HERMAN. PAVLO IVCH,

SERENISS. DVCVM SAXO-VINAR. ISENAC. ET GOTH. CONSIL. AVLIC. ET ARCHIAT. PATHOL. ATQVE PRAXEOS PROF. PVBL. PRIMAR. FAC. MED. SENIORE, ET ACADEM. CÆSAR. NAT. CVRIOS. COLLEGA,

EX DECRETO

INCLYTI ICTORVM ORDINIS ERFORDIENSIS,

PRÆSIDE

DN. CONR. WILHELMO Strecker,

ICTO, IVRID. FACVLT. ET IVDICII ELECT. PROV. ASSESS. COD. PROF. PVBL. ORDINAR. NEC NON CIVIT. ERFORD. STND. PRIMARIO, CONSVLE ET CAVSAR. TVTELAR. CONSVLENTE,

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
RITE ET LEGITIME CONSEQVENDI,

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI EXPONET

AVTOR ET RESPONDENS

IOANNES CAROLVS Brechschmar,

CIVITATIS LVSCAVIENSIS STNDICVS ET POLIGRAPHVS NEC NON ADVOCAT. LEGITIMAT. ELECT. SAXON.

IN AVDITORIO ICTORVM MAIORI
DIE VIII. FEBRVARII, M DCC XXXVI.

ERFORDIÆ, Typis HERINGII, Acad. Typogr.



OPERTATIO TRAVS ALPES VITICOLA

INVTILLVS
CLAVSIVS BOIARIORVM
CONTRACTIBVS ADJECTIS

IN D. HERMAN PAVLOVICH

INVTILLVS
INVTILLVS

INVTILLVS
INVTILLVS

INVTILLVS
INVTILLVS

INVTILLVS
INVTILLVS

INVTILLVS
INVTILLVS



V I R O
PRÆNOBILI, CONSVLTISSIMO
ET
AMPLISSIMO, DOMINO,
DOMINO
IO. FRIEDERICO
SEYFRIDIO,

POTENTISSIMI REGIS POLONIÆ
ET ELECTORIS SAXONIÆ A CONSILIIS
COMMISSIONVM, NEC NON PRÆFACTO
PRÆFECTVRÆ LEISNICENSIS LONGE
GRAVISSIMO ET MERI-
TISSIMO,

DOMINO,
MÆCENATI ET PATRONO
SVO MAXIME COLENDO,

CVM
DEVOTA OBSERVANTIÆ CONTESTATIONE,
HASCE IVRIS PRIMITIAS,
TANQVAM
INFINITÆ BENEFICIORVM ACCEPTORVM
MVLTIIVDINIS SIGNA,
ET
GRATÆ MEMORIÆ HAVD INTERMORITVRÆ
PIGNORA,
PERPETVVM
SIBI SVISQVE STVDIIS PATROCINIVM
EXORATVRVS

OFFERT ATQVE CONSECRAT

IOANNES CAROLVS *Kresschmar*/
SYNDIC. ET POLIOGRAPHVS LVSCAVIENSIS.



Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
INVUTILIBVS CLAVSVLIS
NOTARIORVM CONTRACTIBVS
ADJECTIS.

§. I.

NOtarii nomen acceperunt a notis seu signis celerioris scripturae gratia olim inventis. *LIPS. Epistol. ad Belg. cent. 1. epistola 27.* quam doctissimis observationibus, ipsarumque notarum catalogo illustravit **IOANNES PRETTENIVS.** *E.g.* C. denotabat Cajum, inversum **Q.** Cajam. Et quamvis pleraeque notae in defuetudinem abierint: haud levis tamen est conjectura, Notarios ab iis esse appellatos. Non refragabor tamen, si quis eos dictos malit a notando: quia autoritate publica, omnes hominum in vita civili obvenientes actus licitos, bona fide & secundum leges,

conficiunt & conscribunt, ne propter memoriam hominis labilem vitamque perbreve[m], iidem pereant. Vide sis GEORGII BEYERI. *Volekmann. emendat. Part. 1. cap. 7.*

§. II.

Notarius est persona publica, cui Principis summa auctoritate, examine praevio, fides sincera in eo, quod gestum est, ad illorum, quorum interest, desiderium, legitime conscribendo conciliata creditur ROSEBACH. *process. civ. tit. 62. n. 28.* RENNEMANN. *jurispr. membr. 4. disp. 8. rb. 18.*

§. III.

Notarii creari solent vel auctoritate propria vel communicata.

§. IV.

Auctoritate propria in imperio Romano-Germanico. Notarios constituit Imperator. THOM. SAGITTAR. *diff. in. aug. de jure ac privileg. Comit. palat. §. 72.* Licet vero etiam alii, ut Electores, Duces, Episcopi, Comites, Notarios absque speciali Augusti concessione creare possint: auctoritas tamen istiusmodi Notariorum ad constituentium territoria est restricta. MATTH. STEPHANI *de jurisdict. libr. 2. p. 2. C. 5. n. 2.*

§. V.

Communicata auctoritate, dignitatem notariatus in imperio Romano-Germanico largiuntur ii, quibus hoc speciatim ab Imperatoribus est indultum, nemo enim Notarios creare potest, nisi hanc potestatem a Caesarea Majestate impetraverit. PAURMEISTER. *de jurisdict. Imper. Rom. libr. 2. c. 10. n. 19.* SIXT. *de Regalib. libr. 2. c. 15. n. 14.* Et tales sunt Comes Palatini, qui auctoritate Imperatoris, per imperii Romano-

mano-Germanici provincias Notarios creant. THOM. SAGITTAR. *dissert. cit. th. 2.* & RENNEMANN. *cit. loc. thes. 26.*

§. VI.

Notarii quoque a tabulis, quarum olim usus fuit in conficiendis instrumentis, appellari solent Tabelliones, *Novell. 44. Et l. 14. §. 3. C. de SS. Eccles.* item Tabellarii, *l. 11. C. qui pot. in pign.* Tabularii *l. ult. §. 2. ff. de jure deliber.* nec non iudices chartularii sive ordinarii, ex ea ratione, quia coram illis mandatarii sive actores ex Constitutione MAXIMILIANI I. constitui, protestationes, appellationes & Leutationes interponi, testes examinari, alique actus expediri possunt, qui alias magistratibus competunt. GEORG. BEYER. *in Volekmann. emend. l. c.* qui plura nomina notariorum diligenter recenset.

§. VII.

Notariorum officium inter alia in eo consistit, ut ultimas voluntates, codicillos, testamenta ac contractus conficiant, ac, quæ coram iis gesta sunt, in solennia referant instrumenta. MATTHIAS quidem BERLICHIVS censet, Doctorem juris publice creatum, & jurejurando ad justitiam observandam obstrictum, qui tamen Notarius non est, solenne instrumentum conficere posse, idque eandem, ac si a Notario aliquo factum fuisset, fidem mereri: sed de hac assertionem subdubitat CARPZOVIUS *Proc. jur. art. 3. tit. 2. n. 71. 72.* & ei praxis fori refragatur.

§. VIII.

Licet vero clausula in libellis, testamentis ac contractibus adhiberi soleant: nos tamen tantum de clausulis contractuum,

ctuum, iisque inutilibus, solliciti in præfenti differtatiuncula erimus.

§. IX.

Clausulæ vocabulum a claudendo derivant BUCHNERVS in *lexico Fabri* atque BECMANNVS de *orig. lat. ling.* Uti enim actio in genere dicitur, quicquid omnino agi solet l. 178. §. 2. ff. de V. S. sic etiam vox clausulæ sumitur vulgariter pro cuiusque rei fine & exitu. Vid. BARSCHAMP. in *Radic. Clausul. c. 1. n. 1. §. 2.*

§. X.

Vox clausularum inter juris septa varias quoque recipit significationes, & quidem pacti, conditionis, legis, protestationis, necessitatis, juris, actus, termini juris, docente BARSCHAMP. *dict. tr. cap. 1. n. 3.* sive quod circa finem orationis adhiberi soleant & illam concludere, secundum CICERONEM in *libr. 5. epist. ad Attic. epist. 21.* & PHIL. PAREVM. in *Lex. Crit.* ac Græcorum κλοσφώνη respondet, notante S. POMP. FESTO de V. S. *voc. clausula:* seu quod orationem, in quacunque illius parte adhibeantur, certis includant cancellis, certosque constituent terminos, extra quos egredi explicatio nequeat, vid. l. 9. ff. de Edend. l. 25. de recept. qui arbitr. l. 38. cum seq. de leg. 1. l. 17. §. 1. 19. *Judicat. solv.* Conf. BRISSON. & CALVIN. in *lex. jur. voc. Clausula.*

§. XI.

Clausulam BARSCHAMP. describit d. c. 1. n. 5. quod fit oratio per certa & usitata verba instrumento, contractui &c. ad explicandam & servandam voluntatem inserta. BARTH. BERTAZOLLO in *tr. Clausul. instrum. Cl. 4. gl. 23.* dicitur

dicitur periodus sive sententia brevitatem atque conclusio-
nem continens. Genus igitur BARSCHAMPIO est oratio
sive sententia; forma in voluntatis enixa concisa declara-
tione consistit.

§. XII.

Dividuntur clausulæ a causa efficiente in legales & con-
ventionales. Illæ necessariae plerumque sunt, hæ voluntariae,
utræque solitæ vel insolitæ. II. a forma dispeſci solent in so-
lennes & minus solennes, in universales, generales & specia-
les, in puras atque conditionales, absolutas ac relativas,
prouc a loco distingui etiam possunt in positas ab initio, in
medio & fine. III. ab objecto, quando & contractibus &
instrumentis aliisque negotiis legitimis adhibentur, varia oc-
currunt partitiones: unde aliæ communes: aliæ cujusvis na-
turæ propriae. IV. ab effectu sineque varias sortiuntur di-
visiones, cum dicantur derogatoria, reservatoria, suppleto-
ria, pœnales, comminatoria, justificatoria, promissoria, &c.
quarum omnium quædam censentur odiosa, quædam con-
tra favorabiles Conf. BARSCHAMP. *dict. tract. in prolegom.*

§ XIII.

Et uti clausulæ quoque describuntur in principales &
minus principales: ita clausulæ principales contractuum a
Notariis etiam in eorum protocollis, non sunt temere omit-
tendæ. Ita enim expresse sanxit MAXIMILIANVS I. glorioſæ
memoriæ, in *Constitutione de Notariis*: Und wiewohl ein Pro-
tocol, so vollbinnlich zu extendiren, als ein Instrument da-
von gemacht, von unabhÿen ist; So sollen doch die Notarien,
zum minsten mit kurzen Worten die Haupt- Clausulen der
Substanz der Handlung und Contracts, so vor ihnen geschicht,

B

und

und gleichwohl nach eines jeden Contracts oder Handels-Natur, oder Gewohnheit desselben Orts anregen, und sonderlich die Clausulen von den Verzeihungen.

§. XIV.

Utut vero hęc maliciarum & fraudum plena ætate necesse sit, variis clausulis sibi prospicere: cavere tamen sibi debet Notarius a clausulis insolitis. Hęc enim contractum reddunt suspectum. HERING. *de Fidejussor. cap. 17. n. 13.* COLEER. *de Pror. execut. part. 1. c. 10. n. 2.* BRUNNEMANN. *Cent. 3. decis. 77. n. 6.* Et instrumentum continens pacta insolita, & clausulas inconsuetas, censetur falsum. MENOCH. *libr. 5. pres. 20. n. 20.* Sententia tamen illa, quę ex cumulatione clausularum fraudem colligit, ex mente TIRACVELLI *de retract. conv. n. 17.* ita mitiganda videtur, ut tunc locum interveniat, si versetur in negotio, in quo alias fraus facile intervenire potest.

§. XV.

Quodsi forte clausula quaedam, ex silo Notariorum, præter & contra partium contrahentium mentem adjectę fuerint: illę non valent, si in principali dispositione non reperiuntur. HEIG. *part. 2. quest. 17. n. 11.* CARPZOV. *part. 3. Const. 1. def. 40. n. ult.* Quid quod? Imperator MAXIMILIANVS I. in *Constitutione* allegata disertis verbis Notario injungit, ut clausulas ex consensu partium contractibus subjiciat. Ubi inquit: Denn nachdem die Bewilligung und Meynung des, der also vor ihm handelt und contrahiret, ein wesentlich und substantial-Stück ist desselbigen Contracts oder Handels, und aller andern dingen, deren sich die Partheyen vereinigen und überkommen, ob sie gleich von Gewohnheit dabey gesetzt würden,
und

und denn solcher Consens und Verwilligung nicht gestreckt werden möge auf dasjenige, das einem nicht wissend ist: So erfordert die Nothdurfft, daß ein Notarius, vor ihm und denen Zeugen, zum wenigsten summarie denen Partheyen erzehle und lese die Pacta, verzicht, und jede Clausulen, darauf in Krafft und Macht der Handlung vor ihm geschehen, gestellet wären, und den Consens und Verwilligung darauf aussprechen lasse.

S. XVI.

Notarius vero debet esse peritus in rebus forensibus, ne formulis & clausulis utatur sicutem per usum, non ex ratione, ut pica & psittacus stantes in palatio dominorum, loquentes sine intellectu, uti ait BARTHOL. BERTAZOLL. *tr. de clausul. instrum. in proem. n. 1. seqq.* alias enim partes contractantes de clausulis, quas ipse ignorat, certiores reddere nequit. Certiorationem vero sive explicationem clausularum Notarius severe injunxit MAXIMILIANVS I. *l. c. in verbis*: Und in einer Summen so sollen alle Notarien wissen und merken, daß sie recht gelährt seyn sollen, außs wenigste in denen Dingen, die solch Notariat-Amt betreffen, das ist die Summ desselben Notariats, damit sie wissen haben mögen, die Partheyen, so vor Ihnen contrahiren oder handeln, dezer Solennitäten und Clausulen zu denen Contracten und Händeln, und ihrer Beständigkeit gehörig zu verständigen, und sich von denen Contracten und Händeln, von Rechten verworffen und verbotthen, zu enthalten. Diweil sie sonst, ihrer Unwissenheit halber, denen Partheyen, so von ihnen versäümet würden, ihr Interesse abzulegen schuldig sind. Ipsa vero certioratio, si caute fieri debeat, non sufficit in instrumentis contractuum exprimere, eam factam esse, sed consultum, ut hac certioratio a

Notario coram testibus fiat, & Notarius postea cum testibus in subscriptione testetur, a se, presentibus & audientibus testibus, certificationem praemissam esse. Imo maxime proficuum est, ut, si cum personis jurium vel latinae linguae ignavis negotium sit, omittantur latinae clausulae, & germanicae substituuntur.

§. XVII.

Clausulae inutiles dicuntur, quae nullum usum praestant, superfluae sunt, & nihil operantur. *arg. l. 37. C. de donat.* quarum quidem in contractibus omnis generis passim multae ac variae occurrunt: sed mihi sufficiet, illas tantum paucis perstringere, quae mihi festinabundo jam in mentem veniunt, ceteris alii occasione reservatis.

§. XIX.

Istiusmodi clausula inutili Notarii fere omnium & singulorum contractuum instrumenta incipiunt hunc in modum: Titius, Cajus, für sich ihre Erben und Erbenhmen uhrkünden und bekennen &c. Regulariter enim haec clausula prorsus est inutilis, quia non tantum pro nobis contrahimus, sed etiam pro heredibus nostris, etiamsi eorum nulla facta fuerit mentio *l. 13. C. de contrab. & comm. stipulat.* Interim nemo inficias ibit, hanc clausulam maxime esse utilem, in iis contractibus, qui sua natura ad haeredes non transeunt. E. g. in mandato judiciali juxta Recept. Imper. de anno 1654. §. Damit auch zum vierdten speciatim cautum est, ut mandata nomine haeredum simul concipiantur, ne, postea mortuo mandante, reassumptione processus opus sit. Idem dicendum

dum venit de iis contractibus, in quibus personæ industria est electa.

§. XIX.

Similis clausula inutilis est, qua Notarii contrahentes contraventioni sub finem plerumque contractuum, renunciantes inducunt: Daß sie solchen Contract stets fest und unwiederrufflich halten wollen. Sux enim conventioni stare, fidei humanæ congruum est, l. 1. pr. ff. de pact. quæque semel placuerunt, postea displicere nequeunt, c. 21. de R. J. in 6. arg. l. 9. §. 1. ff. de ag. & ag. plur. arc. ideoque hac clausula non indigent contractuum instrumenta.

§. XX.

Quamvis vero in terris Saxonis & alibi locorum, fœminæ majorenes sine Curatoris consensu, contractus inire nequeant: jure Justiniano tamen fœminæ majorenes omnes contractus licitos celebrare possunt, nisi pro alio fidejubenendo aut simili modo intercedant, STRYK. de cautel. contr. Sect. I. cap. 2. §. 29. adeoque clausula Notariorum, fœminam majorenem hunc vel illum contractum, consentiente Curatore suo, celebrasse, inter inutiles jure meritoque referatur.

§. XXI.

Inutilis vero imo & ridicula clausula est, quando Notarii dupondis longe inferiores, contractui mutui a fœmina ipsa celebrato renunciationem SCti Vellejani solennem inferunt: cum tamen fœmina in istiusmodi contractu in suam solius utilitatem inito, ex SCto Vellejano nullam exceptionem, nullumque privilegium habeat, vel sperare possit. OXENDORP. in encbir. except. rit. 16. n. 21.

§. XXII.

Clausula Germanica: alles getreulich, sonder Gefährde und Argelst, adeo promiscue a Notariis contractibus subijcitur, ut vix ullum exhibeatur instrumentum, in quo illa non existet. At vero in contractibus bonæ fidei ea est inutilis, nec quicquam novi vel diversi juris ex adjectione hujus clausulæ contrahentibus nascitur, quia his contractibus ex sui natura præstatio doli inest. STRYK. l. c. Sect. 2. cap. 5. §. 9.

§. XXIII.

Jam ut paucis me expediam, & temporis oppido angusti rationem habeam, frequentissimas tantum clausulas inutiles recensebo, quæ in litterarum obligationibus, & emtionibus venditionibus vulgo occurrunt. Ita inutilis est clausula instrumento obligationis inserta: Allen getreuen Briefs Inhabern. Incertum enim semper est, utrum agens ex alieno instrumento sit justus possessor an injustus. COLER. de Proc. Exec. part. 2. cap. 2. num. 87. seqq. Quare omnino necessarium, ut præter traditionem obligationis originalis, speciale Cessionis instrumentum conscribatur, alioqui cessionarius executive agere non posset. LENZ. de cess. act. cap. 27. Membr. 9. num. 25. seqq. ubi inquirat, an Cessionarius tali casu sub cautione rati sit admittendus, nec ne?

§. XXIV.

Clausula: quod pecunia mutuo data in usum debitoris sit conversa, sive germanice: Daß das Darlehn zu des Schuldners scheinbahren Nutzen angewandt worden, frequentissime est inutilis, uti colligere licet ex l. 4. pr. §. l. ii. pr. ff. de

de reb. cred. GOTHOFRED. ad l. 19. verb. curiosus ff. de novat.
 Neque enim oportet creditorem ad hoc adstringi, ut nego-
 tium debitoris gerat, quod certe futurum esset, si necesse
 habeat probare, pecuniam in rem & utilitatem debitoris
 esse erogatam. per l. fin. pr. junct. l. 1. §. 9. ff. de exerc. act.
 Necessaria tamen & utilis hæc clausula 1) si quis cum civi-
 tate vel potius ejus administratoribus STRUV. Jurispr. libr.
 3. tit. 4. §. 7. vel 2) cum ecclesia vel ejus administratoribus
 Novell. 120. c. 6. in fin. Authent. Hoc jus C. de SS. Eccles. vel 3)
 cum minore contraxerit. t. t. C. si advers. credit. COLER. de
 proc. execut. part. 1. c. 10. n. 29. seq. vel 4) si quis ad refectionem
 crediderit l. fin. pr. ff. de exerc. act. COLER. l. c. n. 30.
 5) vel si quis servo, ut in rem domini vertatur §. ult. J.
 quod cum eo qui in al. 6) aut filio familias mutuam pecu-
 niam dederit, hæc enim non restituitur, nisi vel in usum pa-
 tris, vel a filio in id impensa fuerit, quod pater ex pietate de-
 clinare non poterat. Vid. Colleg. Argent. libr. 14. tit. 6. thes. 5.

§. XXV.

Nonnunquam etiam videas, Notarios instrumentis su-
 per mutuo confectis clausulam guarentigii & paratæ exe-
 cutionis immiscere. COLERVS Proc. exec. part. 1. c. 3. n. 19.
 nomen guarentigii derivat a vocabulo guardia, quod Tuscis
 & Lombardis custodia vel securitas est, quia per instrumen-
 ta guarentigio munita plenius custodiuntur & observantur
 pacta, & magis in tuto constituitur creditor, sciens nimi-
 rum, quod in casu non servatæ fidei, habiturus sit in conti-
 nenti proditam paratam executionem, absque alio (ordina-
 rio) processu judiciali. WEHNERVS VERO in obs. pract. voc.

Gua-

Guarentigia & BESOLD. *thes. pract. verb. Guarentig. instrum.*
 guarentigium vocant præceptum judicis seu notarii partibus
 factum, ut observent ea, quæ in instrumento scripta sunt. Sed
 hæc clausula vel ideo inutilis est, quia instrumentum reco-
 gnitum, ex omnium fere locorum statutis & consuetudine,
 vi instrumenti guarentigionati & paratissimæ executionis
 gaudet. CARPZOV. *Proc. tit. 22. art. 1. num. 33.* COLER. *Proc.*
Exec. part. 2. cap. 2. num. 2. seq. Utilis tamen illa clausula
 est in iis contractibus, qui ordinario processu ventilari so-
 lent, his enim qualitatem executive agendi conciliare hæc
 clausulam censent Doctores. Quod & ibi procedit, ubi
 juxta jus commune instrumentis vis executiva non adscribi-
 tur. CARPZOV. *l. c. art. 1. num. 7. seq.*

§. XXVI.

Quia exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium
 instrumento obligationis opponi potest: solent Notarii post
 confessionem mutui, subjicere vulgatam illam hujus excep-
 tionis clausulam renunciatoriam, quæ hujus solet esse senten-
 tiæ: *Massen ich das Darlehn baar und in einer ungetrenneten*
Summe zu meinen sichern Händen empfangen, deshalb ich
hiermit der Exception des nicht gezahlten oder empfangenen
Geldes in bester Form Rechtens renuncire. Sed frustranea
 est hæc clausula, & Notarii eam adscribentes oleam operam-
 que perdunt. Cum enim obligationes antè numerationem
 pecuniæ conscribantur, iisque sub spe futuræ numerationis,
 hæc clausula inseratur, quæ vero spes sæpius miseros fallit;
 hæc exceptio debitoribus non est deneganda. Ex quo fun-
 damento colligunt juris interpretes, exceptioni non nume-
 ratæ

rata pecuniâ in eodem instrumento renunciari non posse, ZANGER. *de Except. P. 3. c. 14. num. 71.* quam sententiam eo etiam proferunt, ut ne quidem in instrumento guarentigio nato huic exceptioni renunciari queat. MANTICA. *de tac. & ambig. convet. libr. 18. tit. 6. n. 18.* Quodsi ergo quis caute & circumspecte velit mutuû dare, non soli fidat scripturâ, sed convocet testes idoneos, & fide dignos, eosque masculos, non pauciores tribus. Hi enim testes si numerationi pecuniæ interfuerint, & postea in subscriptione testimonium perhibeant, pecuniam in sua præsentia esse numeratam, frustranea erit querela, pecuniam non esse numeratam. Vid. *Authent. Si quis vult caute C. Qui pot. in pign. & Novell. 73. c. 2.* Contra maxime utilis est renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, ex intervallo post conscriptam obligationem facta, sive ea in scriptis, sive coram testibus intercesserit, cum utrinque eadem militet ratio l. 15. C. *de fid. instrum.* STRYK. *caut. contr. sect. 2. cap. 7. §. 8. seqq.*

§. XXVII.

De clausula: Daß das Darlehn in eben den Münzsorten, wie es gezahlet worden, wieder bezahlet werden solle, quæ a Notariis rarissime omittitur, si mutuû in nobiliori moneta fuerit solutum, non una Ictorum est sententia. Quidam eam pro inutili venditant, ac urgent, aliud pro alio, nisi vel extrema necessitate urgente, vel creditore juri pro se introducto renunciante, Creditori solvi non posse l. 1. pr. ff. *de reb. cred.* Unde inferunt, accipientem mutuû in moneta nobiliori, id in moneta minuta sive villiori solvendo non liberari. Vid. WEHNER. *in Observ. pract. voc.*

C

grobe

grobe Reichs-Münze & SAM. STRYK. *dissert. de caut. abund. in contract. cap. 1. n. 23.* Alii contra opinantur, eam clausulam non esse inutilem, cum solutio in alia moneta, quam quæ mutuo data est, fieri possit, modo ejusdem bonitatis atque valoris sit moneta, ita ut creditor ex solutione damnnum non sit passurus, l. 99. de solut. l. 1. §. 1. l. 35. de aur. & arg. leg. ZANGER. de Except. part. 3. c. 1. n. 160. illustris WERNHER. *select. obs. for. part. 5. obs. 209. n. 1. seqq. & part. 8. obs. 417.* quorsum pertinet, creditorem ultra XXV. florenos in moneta minuitiore recipere non cogi. Ord. Monet. de ann. 1559. §. Diese jetzt gemeldte. BERGER. *Oecon. jur. libr. 3. tit. 2. §. 4.*

§. XXIIIX.

Quod denique ad contractum emtionis venditionis attinet, duas tantum clausulas, Notariis maxime solennes, attingam. Prima est clausula promissæ evictionis inutilis: Daß er wegen des verkaufften Gutes dem Kauffer allemahl eine sichere Gewehr seyn wolle. Venditor enim emtori ad evictionem præstandam obligatur, licet nihil de evictionis præstatione in contractu fuerit expressum l. 6. C. de Eviction. Quod si vero clausula evictionis præstandæ ita informetur: Daß Verkauffer dem Kauffer es sey auch, auf was Art ihm immer das Gut entwehret, oder auch aus Landes-Fürstlicher Gewalt abgenommen werden solte, dennoch die Gewehr leisten wolle, omnino utilis est, uti demonstratum dedit STRYK. *caut. contract. Sect. 2. cap. 8. §. 39. & 40.* Casus singulos, in quibus cessat evictio, collegit STRYKIUS in *diss. de immunitate a præstatione evictio-*

evictionis: ac de pacto: ne evictio præstetur, elegantissimam dissertationem conscripsit JO. NICOE. HERTIVS.

§. XXIX.

In venditionibus ædium clausula inutilis est Notariorum: Verkaufer verkauffe dem Kaufer das Haus, und alles was darinnen Erd- Wand- Band- Nied- und Nagel-fest ist: hæc enim semper subintelligitur. CARPZOV. *part. 2. Const. 33. def. 20.* WEHNER. *in observ. pract. voc. Nagel-fest.* Hæc in legibus dicuntur *fixa vincula*, iisque opponuntur *ruta casa* l. 17. §. 6. l. 38. §. 2. ff. *de action. emt. & vend.* De pertinentiis, quæ cum re principali venditæ censentur, egit SAM. STRYK. *in dissert. de jure pertinentiar.* Pertinentiæ autem dicuntur, quæ tempore contractus adfuerunt, & ad perpetuum rei venditæ usum sunt destinatæ & eidem applicatæ. l. 17. §. 7. l. 18. §. 1. ff. *de act. emt.*

§. XXX.

Profecto Augiæ stabulum repurgandum mihi esset, si omnes clausulas Notariorum inutiles, quibus contractuum instrumenta implere solent, enumerare vellem. Hæc pauca ergo speciminis loco sufficiant. Quod reliquum est, Deo ter optimo terque maximo, pro concessa mihi in studiis meis gratia, submissas perfolvo grates, eum enixe rogans, ut conatibus meis in posterum quoque adesse, eosque fortunare velit.

S. D. G.

actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus illis
actionibus cognoscit per nos, necnon.

In vestitione ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus

XXX

Actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus
actum ad hunc effectum, ut in ista festum elegerimus

Small rectangular stamp or seal impression.

S. B. G.

Small rectangular stamp or seal impression in the bottom left corner.



ULB Halle

005 355 699


3



Sb

VD 18





Pr. 27, num. 15.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,

DE

**INVTILIBVS
CLAVSVLIS NOTARIORVM
CONTRACTIBVS ADIECTIS,**

QVAM

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,
PRENOBILI, CONSVLTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO VIRO,

DN. D. HERMAN. PAVLO IVCH,

SERENISS. DVCVM SAXO-VINAR. ISENAC. ET GOTH. CONSIL. AVLIC. ET AR-
CHIAT. PATHOL. ATQVE PRAXEOS PROF. PVBL. PRIMAR. FAC. MED.
SENIORE, ET ACADEM. CASAR. NAT. CVRIOS. COLLEGA,

EX DECRETO

INCLYTI ICTORVM ORDINIS ERFORDIENSIS,

PRÆSIDE

DN. CONR. WILHELMO Strecker,

ICTO, IVRID. FACVLT. ET IVDICII ELECT. PROV. ASSESS. COD. PROF. PVBL.
ORDINAR. NEC NON CIVIT. ERFORD. STND. PRIMARIO, CONSVLE
ET CAVSAR. TVTELAR. CONSVLENTE,

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
RITE ET LEGITIME CONSEQVENDI,

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI EXPONET

AVTOR ET RESPONDENS

IOANNES CAROLVS Ferekschmar,

CIVITATIS LVSCAVIENSIS SYNDICVS ET POLIGRAPHVS NEC NON ADVO-
CAT. LEGITIMAT. ELECT. SAXON.

IN AVDITORIO ICTORVM MAIORI
DIE VIII. FEBRVARII, M DCC XXXVI.

ERFORDIÆ, Typis HERINGII, Acad. Typogr.

